

## **Psalmus 129**

- 1 De profundis clamavi ad te Domine:  
Domine exaudi vocem meam.
- 2 Fiant aures tuae intendentes  
in vocem deprecationis meae.
- 3 Si iniquitates observaveris Domine,  
Domine, quis sustinebit?
- 4 Quia apud te propitiatio est:  
et propter legem tuam sustinui te Domine.
- 5 Sustinuit anima mea in verbo ejus:  
speravit anima mea in Domino.
- 6 A custodia matutina usque ad noctem,  
speret Israël in Domino.
- 7 Quia apud Dominum misericordia:  
et copiosa apud eum redemptio.
- 8 Et ipse redimet Israël  
ex omnibus iniquitatibus ejus.